



**R. P. Ioannis Præpositi Atrebatis, E Societate Iesv, S.
Theologiæ Doctoris, & quondam in Vniuersitate
Louaniensi ac Duacensi Professoris, Commentaria In
Tertiam Partem S. Thomæ De Incarnatione Verbi ...**

LePrévost, Jean

Dvaci, 1629

Qvæstio XII. De scientia animæ Christi acquisita.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94249](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94249)

ARTICVLVS II.

Vtrum Christus in hac scientia profecerit?

RESPONDET profecisse, non tantum quoad effectum huius scientiae, exhibendo scilicet opera quae viderentur esse indicia maioris scientiae, sed etiam quoad ipsos habitus, ita ut ipsi habitus in se successu temporis per actus fuerint redditi perfectiores, vel ad alia se extenderint, eo quod successu temporis aliqua de nouo cognouerint. Addit tamen responsione ad 2. hanc scientiam in Christo fuisse perfectam secundum tempus, id est accomodatam fuisse unicuique etati. Doctrina huius articuli dependet ex ea questione quam huc remisimus, num scilicet Christus scientiam naturalem habuerit per infusionem. Itaque

Resp. affir.

2.

Scientia acquisita fuit perfecta in Christo secundum tempus.

D V B I V M.

An Christus scientiam naturalem receperit per infusionem, an vero per proprios actus acquisierit?

3.

DVA sunt principales hac de re sententiae. Prior censet Christum hanc scientiam paulatim per actus comparasse. Ita S. Th. q. 9. art. 4. & hic art. 2. Caiet. Med. art. 4. citato. Valentia disp. 1. q. 9. puncto 2. §. nihilominus cum D. Thoma. Vazquez disp. 55. cap. 2. & plures alij, in quam etiam propendit Becanus de Incarnatione cap. 9. q. 6.

1. Sentent. Christum hanc scientiam acquisierit per actus.

D. Tho. hic.

Caiet.

Medin.

Valent.

Vazq.

Potest probari 1. ff. 7. *antequam sciat puer reprobare malum & eligere bonum*; quod de Christo intelligitur, & solum verificari potest ratione scientiae naturalis, secundum quam aliquo tempore non potuerit scire bonum & malum. Luc. 2. *Et Iesus proficiebat sapientia & aetate apud Deum & homines.* Ad Heb. 5. *Cum esset Filius Dei, didicit ex his quae passus est obedientiam.*

4.

Suadetur 1.

ex Script.

1. sa. 7.

Luc. 2.

Hebr. 5.

Prob. 2. ex Ambr. qui lib. de Incarnationis dominicae mysterio cap. 7. concedit in Christo profectum & augmentum.

5.

Suadetur 2.

ex PP.

Ambr.

Suadetur 3.

ratione.

Prob. 3. ratione: nisi Christus scientiam naturalem proprijs actibus acquisierit, intellectus agens in illo fuit otiosus. 2. melius est a se reduci & se mouere ad actum, quam aliunde moueri. 3. habitus scientiae naturalis infusus, est superfluum & otiosus; cum nullus possit esse vltus illius nisi quo tempore occurrunt obiecta & intellectus mouetur a phantasmatibus, ac proinde possit acquiri. Conf. naturalius est animae comparare scientiam naturalem per actus proprios; igitur concedendum est Christum illam scientiam ita comparasse.

6.

Iuxta hanc sententiam dicendum est 1. Christum in utero matris non potuisse uti hac scientia, tum quia alij in eo statu non vtuntur actibus intellectus, & nulla occurrit necessitas quidquam hac in parte singulare Christo concedendi, tum quia sine maximo miraculo non potuit Christus species ex rebus sensibilibus accipere & phantasmata formare, cum nulla sensibilia ei representarentur. est enim omnino improbabile eum diuinam virtute in ipso conceptionis instanti habuisse omnium naturalium rerum phantasmata, & eodem momento eliciisse perfectos actus omnium scientiarum.

Coroll. ex hac sententia.

Primum.

No potuisse se uti hac scientia in utero matris.

Dicendum 2. non potuisse uti illa scientia sine conuersione ad phantasmata, quia naturaliter non possumus aliter in hac vita cognoscere; & quia paulatim in hac vita res cognoscimus, Christus h-

Coroll. 2.

7.

militer

Prior sententia videtur verior, quia intellectus per hanc scientiam tendit in obiecta eodem modo, & nihil est quod cogat pluralitatem habituum adducere. Adde quod pertineat ad perfectionem istius habitus quod vnus & idem inclinet ad cognitionem omnium rerum creaturarum, & de cetero non appareat vlla implicancia propter quam dicendum sit non esse vnum.

Petes, 3. an is habitus habeat vnum actum adequatum?

Resp. non videri. non enim videtur constitui vnus actus quo tam naturalia quam supernaturalia cognoscantur, quando singula cognoscuntur in vno genere & non per aliud cognitum. potest tamen dari actus adequatus speciei, seu per quem cognoscantur omnia quae per vnam speciem possunt representari: quemadmodum Angelus potest vno actu cognoscere omnia quibus in eius intellectu vna species respondet.

Vnde potest explicari quomodo non sit necesse actum huius scientiae esse infinitum, etiam si Christus per illum cognoscat infinita, quia solum requiritur ut actus commensuretur speciei, quae finita existens in sua entitate potest sub certa specie vel sub eodem genere infinita representare, & ad cognoscendum talia infinita non requiritur vis maior quam ut comprehendatur natura specifica, quae communi iudicio non requirit virtutem infinitam; nam Angelus per vires naturae potest comprehendere substantias & accidentia ordinis naturae.

Christus non solum habuit diuersos actus scientiae infusus, sed videtur etiam illos habuisse successiue, ita ut non videatur sepe fuisse in actu quoad notitiam omnium obiectorum quae cadunt sub hanc scientiam, sed modo hoc modo illud, pro sua voluntate cognouit; non tamen proprie discurrendo, nec inferendo vnum ex altero, sed simplici notitia applicato intellectu instructo specie per imperium voluntatis ad talis vel talis obiecti notitiam.

Quia vero numerus specierum fuit certus & probabiliter in minima quantitate, sequitur quod facile potuerit nosse totam latitudinem obiecti huius scientiae, cum vt dictum est potuerit elicere actus adequatos speciei.

QVÆSTIO XII.

De scientia animae Christi acquisita.

ARTICVLVS I.

Vtrum secundum hanc scientiam Christus cognouerit omnia?

PROPOSITUM id quod docuit art. 4. quaest. 9. scilicet scientiam naturalem a Christo per actus comparatam. Respondet Christum per hanc scientiam nosse omnia quae per virtutem intellectus agentis sciri possunt. Docet autem responsione ad 3. non nosse essentias substantiarum separatarum, similiter singularia praeterita, praesentia, vel futura.

militer paulatim per hanc scientiam eas cognouit, unde & in hac scientia potuit proficere, quia tamen varia quæ per hanc scientiam nesciebat, cognoscebat sublimiori aliquo lumine, nec potuit, nec debuit dici illa ignorare; cum ignorantia non solum dicat nescientiam per aliquod medium, sed omnimodam nescientiam. non potuit autem dici Christum absolute ea nesciuisse. Addunt aliqui carentiam scientiæ naturalis, quæ iuxta ætatem nõdum Christo debebatur, non debuisse vocari ignorantiam, sed simplicem scientiæ negationem, quia iuxta suauem rerum exigentiam in tali ætate non debebatur talis vel talis rei scientia. Vbi

Non debuit dici ignorare quæ principio per hanc scientiam nesciebat.

8.

Potuit Christus hanc scientiam facillime acquirere.

2. Sentent. Christum accepisse hanc scientiam per infusionem ab initio concepti.

Scot. Palud. S. Th. in 3. Suar. Lorca.

9.

Prob. 1. ex Patribus.

Infirmatur quorundam responsio.

10.

Prob. 2. ratione Scientia naturalis infusa est Adam & Salomoni. Responsio Caiet.

Improbabile.

Aduertendum quod propter præstantiam intellectus, & optimam corporis dispositionem Christus longe citius, facilius & perfectius potuerit per sensus huiusmodi scientiam comparare quam vltus homo per solas naturæ vires, & ex vno cognito longè plura nosse & deducere quam possit perspicacissimus philosophus. Videri potest S. Th. hac quæst. art. 1. ad 1. & 2.

Posterior sententia tenet Christum non comparasse hanc scientiam per exercitationem ex rebus sensibilibus, sed ab initio conceptionis fuisse illi infusam (quamuis per accidens, cum potuisset similem scientiam ex sensibilibus comparare.) Hanc sententiam in primis tenere debet i. qui præter scientiam beatam ponunt in Christo vnus generis scientiam, eamque infusam quam ponunt eiusdem generis cum ea quam viribus naturæ possumus acquirere. Videri potest Scotus dist. 14. q. 3. Præterea secundam sententiam diserte tenet Paludanus dist. citata q. 2. D. Thomas eadem distinctione art. 3. §. ad 5. quæstionem. Suarez disp. 30. sect. 2. Lorca disp. 49. in appendice, vbi satis ostendit se in eam propendere; quam probabilem censet Med. circa art. 4. citatum concl. 3.

Prob. 1. ex plurimis Patribus, qui agentes de scientia Christi ita loquuntur, vt satis ostendant se sentire quod Christus in ea non profecerit per augmentum ipsius habitus. Ex quo planè conficitur quod censeant Christum non comparasse scientiam exercitio ex rebus sensibilibus. si enim paulatim hac ratione eam comparauit, non potest solidè negari quod in ea profecerit; imò id diserte tradunt auctores prioris sententiæ. Plures videri possunt apud Med. hic circa art. 2.

Nec satis fit isti argumento, si quis dicat Patres non agere de hac scientia; quia vniuersaliter loquuntur: nec dici potest quod non agnouerint talem scientiam in Christo, cum non potuerint ignorare scientiam etiam naturalem esse maximam perfectionem naturæ in suo ordine, quæ non sit neganda Christo; cum non repugnet maiori perfectioni in eo inuentæ, & ordo gratiæ non euertat ordinem naturæ.

Prob. 2. huiusmodi scientia infusa est Adam & Salomoni; ergo de cuius infundi Christo, quem de cuius non esse minus perfecte constitutum in ordine naturæ quam Adamum.

Respondet Caiet. similiter & Med. art. 4. quæstionis 9. ad vltimum argumentum Scoti, idcirco Adamo initio infusam scientiam (quam tamen potuisset acquirere) quia erat caput generis humani quoad naturam, qui proinde debuit esse perfecte constitutus in naturalibus, Christum verò non fuisse principium naturæ sed gratiæ. Sed contra est quod is etiam sit fons quorundam naturalium quatenus conducunt ad supernaturalia; non enim possumus per solas vires naturæ omnem veritatem etiam

naturalem notitiâ naturali cognoscere, unde ex eo capite decet Christum ab initio habere perfectam scientiam naturalem huiusmodi veritatum.

Prob. 3. nisi constituatur habitus scientiæ naturalis infusus Christo ab initio, non potest commode dici quod per hanc scientiam multa cognouerit, cum non ita diu vixerit, in paucis locis fuerit versatus, & non habuerit experientiam multarum rerum. S. Th. art. 1. huius quæstionis ad 1. & 2. implicite negat antecedens & dicit quod propter præstantiam intellectus ex paucis quæ sensibus habuit subiecta facile potuerit alia cognoscere, v. g. effectus ex causis, similia per similia, contraria per contraria; &c.

Verum vt non sit negandum quod Christus potuerit hac ratione varia cognoscere, & longè plura quam communiter homines possint, tamen etiam fatendum est quod pauca sit expertus inter quæ & alia sit connexio, ita vt ex capite à S. Th. allato eius scientia non possit dici tam ampla, quam videtur in omni genere rerum constituenda; v. g. in physicis, mathematicis, metaphysicis, medicina, in notitiâ lapidum, herbarum &c.

Caiet. hic art. 1. censet res omnes eius sensibus ministerio Angelorum fuisse oblatas vt ex illis philosopharetur.

Sed si miraculum sit admittendum, aptius ponitur quod ab initio fuerit scientia infusa, cum illud sit connaturalius mysterio Incarnationis, & videatur cõformius deduci ex dictis Patrum, de quibus supra; sit etiam cõformius ijs quæ de infusione virtutum moralium communis tradunt theologi.

Prob. 4. communi Doctorum sententiâ etiam eorum qui adherent priori sententiæ, Christus habuit virtutes morales naturales infusas; ergo & scientiam. Conseq. prob. 1. non minus decuit perfecte instrui quantum ad intellectum quam quoad voluntatem, & vt actus intellectus statim procederet à principio perfecto creato, quam actus voluntatis. 2. cum actus voluntatis essentialiter dependeat ab actibus intellectus, conuenit intellectum instrui habitu, vt faciliè & expedite illos dirigat. Conf. ideo varij ponunt prudentiam naturalem infusam; si hæc ponatur infusa, conuenientiùs etiam ponitur scientia infusa. Prob. quia prudentia requirit cognitionem ipsius animæ & variorum principiorum naturalium; item actuum voluntatis, &c. quam notitiâ non minus conuenit procedere ab habitu quam actum prudentiæ.

Nec satisficit quod dicitur ideo infusas virtutes morales, quia illæ faciunt bonum; nam sine illis Christus verè erat bonus, & proinde minimè erant necessariæ vt esset bonus, sed solum vt talem modum bonitatis participaret; quod etiam de scientia per accidens infusa dici potest, scilicet quod quamuis non esset Christo necessaria vt sciret, fuerit tamen conueniens vt sciret scientiâ naturali.

5. Habere naturalem scientiam infusam non repugnat fini redemptionis humanæ, & decuit Christi animam, vt scilicet non solum in supernaturalibus esset perfecta, sed etiam in naturalibus.

Quamuis prior sententiâ non sit improbabilis, tamen hæc posterior propter argumenta iam allata & similia quæ plurima à varijs congeruntur, videtur probabilior. Itaque ad argumenta alterius sententiæ respondeo.

Ad 1. sumptum ex scriptura, dico locū Isa. non videri intelligi de Messia, vt doctè ostendit Sánchez ibi, sed solum cõtinere descriptionem liberationis breui futuræ: cum enim Propheta Isaías versu 4. dixisset

11.

Prob. 3. Alioqui per hanc scientiam Christus non multa cognouit. S. Th.

Caiet. effectus ministerio Angelorum fuisse oblatas vt ex illis philosopharetur.

12.

Prob. 4. Christus habuit virtutes morales naturales infusas.

Responsio quod non admittitur.

13.

Prob. 5. Iudicium Auctoris.

14. Satisfactio damnis prioris sententiæ. Explicatio loci Isa. 54.

Regi

Regi Achaz, Noli timere, & cor tuum ne formidet à diabolo caudis vitiorum fumigantium istorum in ira furoris Regis Syria & Filij Romelie, post aliqua etiam interposita de natiuitate Messie, redit ad id quod prius dixerat, & prædicit breui futurum ut Achaz liberetur à duobus Regibus quos timebat. Antequam sciat puer reprobare malum & eligere bonum, derelinquitur terra quam tu dereliquisti à facie duorum Regum suorum: id est, ante exactum spatium temporis quo infans propter imbecillitatem & corporis indispotionem nondum potest reprobare malum, & c. eris liber à regibus quos nunc times, & terra quam dereliquisti derelinquetur.

Consimili ratione intelligit aliud cap. 8. quia antequam puer sciat vocare patrem suum & matrem suam, asseretur sortitudo Damasci, & spolia Samariae coram Rege Assyriorum. Quia tamen posterior locus communiter à sanctis Patribus intelligitur de Christo, dico etiam iuxta eam explicationem non obistere secundæ sententiæ, neque enim Propheta vult Christo infanti negare scientiam, sed ostendere eius potentiam, qui adhuc in ætate infanti posset spolia derahere, etiam antequam ad eam ætatem perueniat, quâ iuxta communem modum procedendi aliorum puerorum possit patrem & matrem vocare.

Ad locum Lucæ 2. iam supra in simili responsum est q. 7. art. 12. non significari Christum profecisse quoad augmentum habituum, sed solum quoad vsum & exercitium, & quod progressu temporis perfectiora sapientie opera exercuerit. Videri potest Tolet. in eum locum.

Ad locum ex epistola ad Hebr. citatum Resp. ex eo non ostendi quod paulatim acquisierit scientiam obedientie quoad habitum, in eaque profecit, sed quod per ea quæ pallas est, experimentaliter didicerit obedientiam. Et certè hunc locum minus aptè ad rem præsentem adferri, videtur ex eo posse probari, quod non sit verisimile Apostolum velle agere de scientia naturali saltem solâ, sed in genere docere Christum de nouo per propriam experientiam didicisse quàm ardua sit obedientia, quando scilicet sese usque ad mortem demisit ut obediret, quod fieri potest sine additione scientie quoad habitum, & quamuis id totum antea speculatiuè perfectè cognouisset. Ita enim dicere possumus de mathematico, qui optimè cursus siderum præcitat, quod eisdem discat experimento, quando illos reipia videt. Videri potest Bell. lib. 4. de Christo cap. 5. §. tertio idem.

Ad id quod 2. loco adfertur ex Ambr. Bell. supra censet id solum voluisse Ambrosium quod voluit Apostolus. Verum si attentè legatur, videtur plus velle. Sed plures alij Patres censent Christum solum profecisse sapientia quoad externam illius demonstrationem, qui videri possunt apud Tolet. in caput 2. Lucæ in fine, quorum sententia hac in parte videtur preferenda; & sanè cum Euangelista eodem modo loquatur de gratiâ & de sapientiâ, si quid inde colligatur pro acquisitione & augmento scientie, etiam colligetur gratiam Christi progressu temporis fuisse auctam; quod tamen negat S. Th. & cum eo communis theologi.

Ad 3. ex ratione sumptum Resp. ad 1. idem in primis dici posse de Adamo & Salomone, propter quod tamen non est negandum illis fuisse infusam scientiam, quæ alioquin naturâ suâ potest exercitio comparari.

Resp. 2. neg. assumptum; verius enim est intellectum agentem & possibilem re non distingui, sed

ut summum officio, & ita ipsa potentia in Christo habet aliquod munus, nec potest esse otiosa vel frustrâ. Adde quod quemadmodum potentia generatiua vel nutritiua non est frustrâ in beatis, licet nullum munus, in eis exerceat; ita intellectus agens non esset futurus frustra in Christo, quamuis distinguere re ab intellectu possibili, quia nihilominus pertinet ad complementum naturæ, eum requiratur ut natura censeatur suis potentijs instructa, & de cætero non requiritur ut potentia reducatur ad actum in quolibet indiuiduo.

Ad 2. Resp. 1. id esse verum cæteris paribus; in presenti autem cætera non esse paria, cum sit longè perfectius aliquid statim habere & perfectè possidere, quàm paulatim & cum labore.

Resp. 2. Christum posse dici habere à se huiusmodi habitus, tum quia persona Christi illos infudit, tum quia ratione vnionis moraliter loquendo eius animæ debebantur.

Ad 3. Resp. 1. idem dici posse de Adamo & proinde si in illo nihil concludat, neque concludere in presenti.

Resp. 2. non esse frustrâ; quamuis enim nullus vñs esse posset habitus naturalis infusus nisi quando occurrunt obiecta, illis tamen occurrentibus Christus facilius & perfectius potuisset operari cum habitu quàm sine illo; & ita etiam datâ hypothefi, adhuc erat convenientius illum ornari habitu.

Resp. 3. aliquos non improbabiler existimare Christum etiam per hanc scientiam posse intelligere independentè à phantasmatibus, sicut intelligunt cætere animæ beate: illæ enim habitibus speciebus possunt naturaliter intelligere, & quidem sine phantasmatibus. idem poterunt post communem resurrectionem corpori vniri. Cum ergo Christus ab initio suæ conceptionis fuerit beatus, potuit elicere naturalem intellectum eo modo quo animæ beate.

Vnde probabile est quod Christus per hanc scientiam etiam dum in terris versaretur non tantum cognouerit res spirituales ex rebus sensibilibus per alienos conceptus, sed quidditatiuè & proprio, quemadmodum animæ separate instructæ speciebus à Deo infusis easdem possunt cognoscere, cum ut dictum est anima eius beata non dependeret à sensibus etiam in vñs naturalis scientie; vnde potuit etiam seipsam & alias substantias separatas à materiâ eorumque proprietates cognoscere.

Ad confirmationem Resp. id solum esse connaturalius positâ aliquâ imperfectione quod scilicet anima careat habitu; eo enim posito illi est connaturale eum paulatim per actus posse comparare, & quidem cognitionem hauriendo ex rebus sensibilibus. Cum autem non decuerit animam Christi propter vnionem sui ad Verbum procedere modo imperfecto etiam in scientia naturali, sed fuerit magis congruum illam perfectè instrui, ut statim intellectiones etiam naturales perfectè modo posset elicere, fuit connaturalius ratione vnionis illam ab instanti conceptionis instrui naturalibus habitibus, & ratione status beatifici fuit illi connaturalius non pendere à phantasmatibus & speciebus acceptis à sensibilibus.

Ad secundam.

18.

Ad tertiam.

Probabile est Christum per scientiam naturalem intellexisse independentè à phantasmatibus.

Adeoquæ etiam in hac vitâ cognouisse res spirituales proprio conceptu.

19.

Ad cõfirm.

ARTICVLVS III.

Vtrum Christus aliquid ab homine didicerit?

Resp. neg.

20.

Resolutio

D. Tho. vi-

detur pati

difficultate

supposita

doctrina

art. 2.

Obiectio.

21.

Quid ref-

poderit pos-

sit?

22.

Auctoritas

dicium.

Reipsa mi-

nus decuit

vt Christus

hac ratione

res cognos-

ceret.

NEGAT. Cum enim esset constitutus Doctor hominum, non erat conueniens vt ab aliquo homine quidquam disceret, & non decuit aternam Dei sapientiam ab hominibus doceri. Vnde S. Th. responsione ad 1. ait, quod quando Christus alios interrogauit, id non fecerit vt disceret, sed vt alios sapienter erudiret.

Aduerte conclusionem esse communem Doctorum, quam etiam indicat Patres. & quidem esse satis claram iuxta sententiam quam dubio precedenti consensum probabiliorem, tamen iuxta sententiam S. Th. videri pati nonnullam difficultatem: cum enim, iuxta illam sententiam, paulatim acquisierit habitum scientie naturalis & potuerit proficere in ea scientia, quid repugnat quod minus etiam hac ratione potuerit proficere? licet enim fuerit Doctor quoad supernaturalia & pertinentia ad salutem, si tamen potuerit proficere in scientia, quidni potuit proficere per homines quoad modum sciendi quo non erat eorum Doctor?

Dices fortasse non potuisse, quia assensus qui sequitur in vno ex doctrina alterius est assensus fidei humanæ cui proinde potest subesse falsum, & proinde credendo hominibus Christus se exposuisset periculo erroris.

Sed satis constat non omnem assensum qui ex doctrina vnius oritur in alio, esse assensum fidei. nam discipulus non semper assentitur rebus quæ proponuntur à magistro quia ipse dixit, sed illo proponente obiectum & suo modo illuminante intellectu, discipulus sapens proprio discursu inuestigat num ita se res habeat, & assentitur vel non assentitur iuxta conditionem mediæ ex quo aduerteret rem ita vel aliter se habere. Potuit ergo Christus hoc modo per alterius disciplinam cognoscere ea quæ nunquam nouerat, absque erroris periculo, non minus quam cum propria inuentione aliquid de nouo sciebat per scientiam naturalem. Adde quod licet modus aliquis esset expositus periculo erroris si in subiecto non sit superior aliqua vis per quam cesset periculum, si tamē ea vis inueniatur in aliquo, cessat erroris periculum, & proinde videri quod intellectus possit præbere assensum rei hoc modo propositæ quando per virtutem superiorem talis assensus non impeditur. In Christo autem fuit non solum visio beatifica, sed & scientia infusa, per quam certò cognoscebat quidquid poterat cognoscere per scientiam naturalem, & per quam poterat aduertere num id quod per tale medium proponitur hinc & nunc sit falsum. & si deprehendebat esse falsum, efficere vt Christus cohiberet assensum. Quod si per scientiam infusam non aduertebatur esse falsum, poterat præbere assensum etiam sine erroris periculo.

Resp. ad hoc posterius, quamuis materialiter verum esset quod assumitur, quia tamen medio assentiendi potest subesse falsum, verè minus decuit se vt Christus hac ratione res cognosceret, & obiectiōnem de illo modo bene procedere, & hoc sensu videri communiter doceri quod Christus nihil didicerit ab homine.

Quantum ad prius dico quod licet prior modus non inuoluat eam imperfectionem, tamen non vi-

deatur etiam eo modo quidquam ab homine didicisse, quia ex Ioan. 7. & Marci 6. colligi potest quod non fuerit vsus alterius magisterio.

Ioan. 7.
Marci 6.

ARTICVLVS IV.

Vtrum Christus aliquid acceperit ab Angelo?

NEGAT. Quod probat auctoritate Dionysii cap. 7. celestis hierarchiæ, & ex eo quod Christus esset Doctor Angelorum, quem proinde non decebat ab illis instrui.

Resp. neg.
Dionys.
23.

Notandum Lucæ 22. dici quod Christo apparuerit Angelus de cælo confortans eum; quod Patres & Doctores varijs modis ita interpretantur, vt ex eorum explicatione non sequatur quidquam ab eo didicisse. Aliqui exponunt quod licet Christus nihil ignorauerit, & optimè potuerit considerare ea quæ facerent ad leniendum animi dolorem quem sponte permiserat, inde tamen nullum solatium cepit. Vnde Angelus tanquam minister conatus sit eum confortare, illa omnia proponendo quæ dolorem lenire possent; quemadmodum interdu amicus solatur amicū ad quæ factum fuerit ad ostendendam veritatem humanæ naturæ eiusque imbecillitatem se sibi relinquitur; & quātum humanitas diuino auxilio indigeat. Videri potest S. Th. ad 1. Med. & Suarez, qui pro ea explicatione plures Patres citat. quam tamen consolationem non admiserit; nam eodem capite subiungitur, & factus in agonia prolixius orabat.

Explicatur
varie locus
Luc. 22.

Alij existimant Angelum nullam Christo adhibuisse consolationem, sed potius laudasse eius robur & magnitudinem animi, quod scilicet tam prompto animo sese vltro morti offerret, quasi dicendo, tua est potentia, tuum robur, tuus honor, tua gloria. Nam verbum *confortare* sumi potest vt idem sit quod robur & fortitudinē alicui adscribere. Hanc sententiam tenet Vasquez disp. 56. cap. 2. pro qua citat aliquos Patres.

S. Th.
Med.
Suar.

24.

Confortare
sumi potest
vt sit idem
quod robur
alicui ad-
scribere.
V. 49.

QVÆSTIO XIII.

De potentia animæ Christi.

ARTICVLVS I.

Vtrum anima Christi habuerit omnipotentiam simpliciter?

I.

NEGAT; ex eo quod omnipotentia sequatur esse infinitum, seu diuinam naturam, sicut passio consequitur formam. Per mysterium autē Incarnationis ita conueniunt duæ naturæ in vna personam, vt neutra natura habuerit alterius proprietates; sed sicut singulæ naturæ permanent inconfusæ, ita singulæ suas proprietates retinuerunt. Præterea constat naturam humanam in Christo dependisse à Dei concursu in suis operationibus, quod repugnat omnipotentia.

Resp. neg.

Conclusio est certa apud Catholicos, & contrarius error hæreticorum nostri temporis non solum repugnat fidei principijs, sed etiam luminis naturali, ex quo constare potest omnipotentiam non solum non esse reipsa communicatam crea-

Error hę-
reticorū no-
st. i. tempo-
ris.2.
Omnipoten-
tia non est
communi-
cabilis crea-
turæ.

tura;